VICIPÆDIA

Linguae Mari

Linguae Mari duae sunt linguae familiae Permicae, quae ad ramum Finno-Ugricum linguarum Uralicarum pertinet. Saepe pro una lingua habebantur, quae ante saeculum vicesimum *Tscheremissica* vocabatur. In Re publica Mari El Russiae ambae statu publico utuntur. Circa 338 milia hominum linguis Mari loquuntur. Scriptura utuntur Cyrillica cum signis diacriticis non multis.

Duae linguae Mari sunt lingua Mari pratensis et lingua Mari montana[1]; interdum et tertia enumeratur, quae est lingua Mari septentrio-occidentalis[ru], cui codex *ISO 639* jmy (https://iso639-3.sil.org/code/jmy) anno 2019 propositus est.

Notae

1. Videre possis, ut *Czeremissi Logovi* et *Czeremissi Nagorni* [1] (https://books.google.ru/books?id=qJFEAAAAcAAJ&pg=PA680&dq=Czeremissi+Logovi&hl=ru&sa=X&ved=0ahUKEwimyIrTsMrKAhXrwHIKHVG0CiIQ6AEILjAC#v=onepage&q=Czeremissi&f=false) duae gentes Mari appellatae sint; haec nomina translitterationes corruptae sunt descriptionum Russicarum *луговая черемиса* et *горная черемиса*, i.d. *Mari pratenses* et *Mari montani*

Linguae Finno-Ugricae

Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis